

an Romanos

Regionem nostram initio tenuerunt Etrusci a Lydia gens
 orta, quae cum mare superum, inferumq; diu infectum hūisset
 tandem magnam Italia partem occupavit. ij prolato inter
 Ticinum quoq; et Adduam imperio, aliquandiu vicatim
 in ea parte habitauerunt donec, a Belloueso qui magnis
 Biturigum, Heduarumq; exercitibus alpes traiecerat mlti
 pulsique sunt. T. Linius libro. v. id gestum per Tarquinij
 prisca tempora attestatur, id est ante christi aduentum
 annis fere dc, tum edificatum est mediolanum, sic
 lingua gallica appellatum, quod urbs Minervae sacrata
 esset, etenim illi Medel sermone suo puellam dicebat
 Lan regionem, unde et hoc nomine alias alibi ciuitates
 nuncuparunt, quae etiam nunc sic uocantur, repositum
 quoq; in eius templo signa sua, quae illi *αεινιττα* appe-
 llabant auctor est Polybius. Caeterum quia Bituriges
 vexillum suum uerneae (quod hodie quoq; observant)
 Hedui sacula depictum gestarent, ei suam Lanatam in
 originis memoriam attribuerunt, in fori certe nostri formice
 etiam nunc ea conspicitur marmorea, quam hic effigimus
 iussimus, ut ab antiquissimo urbis nra signo libellum
 hunc auspicaremur. Sunt qui ab hac Lanata sive
 dictum mediolanum existimant, ut Claudianus, et
 Sidonius poetae, sed mihi non sit uerisimile ab eo idiom-
 ate imposuisse conditores urbi nomen, quod nec ipsis agni-
 tum, nec ullo in uisu tunc esset, nec enim quicquam
 gallica lingua cum Romana habebat, ~~scilicet~~ no meher-
 cle magis quam Etrusca, quae omnino simillima Chaldae
 et a Lydia orta nullum uerbum Latinae habuit conforme
 siue eam aborigenes, siue Euander primus induxerit.
~~probatu~~
~~non~~
~~ut~~
~~et~~
~~quod~~
~~est~~
~~in~~
~~re~~
~~et~~
~~quod~~
~~est~~
~~in~~
~~re~~

Stare...
 adinadi...
 unde...
 Cap...
 http://digital.slib-dresden.de/ppn349727619/16